cidearentur: plures uulnerarentur. pauci si cum
predictis compararentur incolumes euaderent.
quemadmodum apud idoneos auctores scriptum
legimus. Ad extremum postquam ancipiti et cruen
to prelio satis diuque certatum fuit huiusmodi
certaminis is euentus fuisse scribitur: ut catili
na una cum suis ea pugna uictus superatusque
in agro pistoriensi occideretur. ubi hodie preter
cum pagum duobus circiter milibus passuum ab
urbe distare uidemus. In eo conflictu illud pre
ceteris memorabile fuit: ut ex omnibus cati
line copijs neque in prelio neque in fuga quisquam
ingenuus ciuis caperetur. De exercitu romanorum
idem prope modum sentiendum est: de quo apud
crispum legisse meminimus: ut neque letam
aut incruentam uictoriam adipisceretur: nam
strenuissimum quemque aut in prelio occidisse a
ut grauiter uulneratum discessisse tradit. Hec
omnia que hactenus scripsimus nostra quidem
sententia usque adeo certa haberi et reputari de
bent: quasi nos ipsi proprijs oculis conspexeri
mus. quoniam earum rerum scriptores graues
quosdam et idoneos auctores fuisse non igno
ramus. que uero deinceps enarrabimus quanto
recentiora ac temporibus nostris propinquio

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_932/0025
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG